



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2263. Margraf Woldemar nimmt das Domcapitel zu Budissin in seinen
besonderen Schutz, am 10. August 1318.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2261. Die Markgrafen Woldemar und Johann weisen dem Burggrafen Hermann von Meissen und seine Brüder mit allen Gelübden, die sie ihnen bisher schuldig waren, an Markgraf Friedrich von Meissen, am 11. März 1317.

Wir woldemar vnd Jan, von godes genaden Marcgrauen von Brandenburg, bekennen offelich an disen Brife, Das wie den Edeln man, Herman, Burggrauen von Misne, vnd sine brudere gewiset habe an vnfen liben vrunt vnd vetteren Marcgrauen Frideriche von misne, mit allen gelubde vnd mit allen eren, als sie vns pfflichtig waren zcu Misne; vnd lazen sie des gelubdes ledig an disen brife. Zcu einem vrkunde dirre rede henge wie vnse Infigele An disen Brif, Der ist gegeben zcu Meideburch, nach gotes geburd Tusend Jar druhundert Jar, in dem sibenscendem Jare, an sente Gregorius Abende.

Nach Dr. Traugott Märker, das Burggrafthum Meissen, S. 442.

2262. Markgraf Woldemar bekennt sich den Bürgern zu Budissin zu einer Schuld von 160 Mark, am 1. März 1318.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, recognoscimus per presentes, Quod fidelibus nostris, consulibus, juratis ac uniuersitati, ciuium in Budessin obligamur in centum sexagenis grossorum Pragensium, quas nobis in forma mutui concesserunt, Quam quidem pecuniam totam ipsis nostris ciuibus tollendam de theloneo nostro Konigisbrucke literis presentibus assignamus, et dictum theloneum seu fructus thelonei tamdiu integraliter percipient, quousque dictam fuerint summam integraliter assequi. Hujus assignationis nostre testes sunt: Droyseco, Redeco, Christianus de Gherardstorph, Petlo de Loffowe, Henricus de Schenkendorph, milites. Euerardus canonicus Budessinensis et Hermanus de Luchowe, nostri capellani, et aliis fide dignis. Datum Budessin predicto, anno domini MCCCXVIII, die Donati, in nostra et dictorum nostrorum fidelium prefencia, sub nostro sigillo pendenti.

Aus G. Köhler's Codex diplomaticus Lusatiae superioris Band I, S. 158.

2263. Margraf Woldemar nimmt das Domcapitel zu Budissin in seinen besondern Schutz, am 10. August 1318.

Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, fidei militi Christiano de Gherrardsdorff, aduocato Budessinensi, nec non uniuersis aduo-

catis post eum ibidem statuendis, gratiam suam ac omne bonum. Vestre fidelitati, honorabiles uiros, prepositum, decanum et capitulum ecclesie Budiffenensis cum bonis eorundem et ecclesie recommendamus, literas per presentes districte precipientes, quatenus ipsas, familiam ipsorum et subditos, bona fidei protectione tueamini et sincera, non admittendo, ut quisquam ipsos in personis, in familiaribus et subditis ipsorum et bonis molestare uerbo vel facto presumat. Ipsos quoque molestare presumentes compescatis tali pena, que alijs prodeat in exemplum et terrorem incutiat non necandi. In super uobis committimus et mandamus, quatenus uniuersos et singulos, qui ipsis decimas et alias pensiones uel census soluere tenentur, ut debitis exfoluant terminis, efficaciter compellatis, prouisorj, ut hoc nostrum mandatvm adeo fideliter et studiose exequaminj, ne contra uos tanquam rebelles et tanquam nostre uoluntati rebellantes procedere compellamur; Quoniam et per antecessores nostros, sicut in ipsorum comperimus literis, tuicione et remedio consimili est munita ecclesia supra dicta, quorum uestigijs nostram condecet reuerenciam inherere. Datum sub nostro pendentj sigillo propter maiorem efficaciam, anno dominj M^o. CCC^o. XVIII^o., die s. Laurencij in Görliz, presentibus reuerendo domino Withegone, ecclesie Misnensis episcopo, Droisecone, Luthero de Scriuersdorff, Redekino, marschallo, Henrico de Schenkendorpp, Petsecone de Loffowe, Henningo de Wolcowe et Henningo de Boetel, militibus, Gerardo, preposito Stolpenfi, canonico dicte ecclesie, et Hermanno de Luchowe, nostris capellanis, et alijs fide dignis.

©. Köhler's Codex diplomaticus Lusatiae superioris Band I, S. 349.

2264. Markgraf Woldemar schenkt dem Domkapitel von Budissin Steuerfreiheit auf 6 Jahre, am 29. August 1318.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, publice in his scriptis, quod bonis capelle in Budessin adiacentibus, ne penitus desolentur, cupientes subuenire in tempore, tali remedio ipsis duximus succurrendum, ita sane quod a data presentium ultra ad sex annos ipsa ab omni precaria exactione et seruicio penitus libera esse uelimus et exempta. Mandamus igitur uniuersis nostris aduocatis, officialibus et precariarum collectoribus, tam presentibus quam futuris, quibus presens litera exhibita fuerit, ne ab ipsis bonis dictis sex annis durantibus quidquam ratione precarie, seruicij aut exactionis aut cuiuscunque exigant, sicut nostrum fauorem ipsis cupiunt suffragari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius est appensum. Datum in curia Breden, anno dominj M^o. CCC^o. XVIII^o., in die decollacionis S. Johannis.

Nach ©. Köhler's Codex diplomaticus Lusatiae superioris Band I, S. 351.